Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26448
Copyright: Admont, Benediktinerstift

trici fusurus. adire cepit. Ecce ipsa beatissi
ma uirgo uirginum. comitata uniuerso
uirginum choro. uenienti uiro occurrit. et sum
mo honore susceptum. ad suam ecclesiam quo ten
debat ducere cepit. precedentibus duabus puel
lis. cantantibus atque dicentibus. Cantemus domino so
cie. cantemus honorem. Dulcis amor christi personet
ore pio. Quos uersus chorus uirginum resumen
do percantauit. predicteque bine cantatrices.
binos qui secuntur in ordine uersus. subse
cute sunt. Primus ad ima ruit. magna de
luce superbus. Sic homo cum tumuit. primus
ad ima ruit. Sicque donec uir dei in oratori
um perductus esset. uirgineus chorus binos. et
uirgines bine binos. iuxta quod series ym
ni se se habet. uersus modulate sunt.

De peregrino quem sancta maria de mari liberauit.

Duo beate MARIE dei genitricis mi
racula narrare disposui. que u
num unius. aliud alterius cuiusdam religiosi
abbatis relatione agnoui. Horum autem utrique
singularis et perpetua uirgo MARIA.
et uere misericors mater domini patratrix
agnoscitur. et uera mater indiciis euidentissi
mis comprobatur. Erat enim nauis in medio ma